ishe[?] autentice de prompto ad Acta praefata Terrestria Premisliensia quandocunque voluerit
transferendi et transportandi quam transportatam tantum robur et valorem hac sua
personali recognitione habituram declarat acsi per ipsummet regentem transportarentur.
Cuiquidem transportationi inscriptionis praesentis modo praemisso fiendae idem regens Generosus
Drohoiowski se suosque successores necnon super bonis suis quibusvis omnibus et summis
pecuniarijs quibusvis habitis et habendis eidem donationi suo cuiusque posteris inscri-
bit et obligat non contradicturum imo eam pro rata et grata suscepturum. Sub similibus
et specialibus damnis Terrestribus per eundem regentem aut eius successores ob contra-
dictionem transportationis inscriptionis praesentis modo praemisso fiendae ad soluendum succumbendis.
Pro quibus quidem damnis Terrestribus praefatis simplici absque corporali iuramento taxatis
per eundem regentem aut eius successores ad soluendum succumbendo ac pro re aliqua praetiti
ex praemissis non completa complendaque praemissis citatus ex nunc memoratus regens
Generosus Mathias Stanislaus Drohoiowski aut eius successores. Ad instantiam praefati
Generosi Laurentij Olszanowski aut ipsius posterorum Ad officium praesens Castrense
Capitaneale Premisliense exhinc recessu supra scripto quoad iuridicum spectat mediante semper
in primo citationis termino tanquam peremptorio stare iuri parere tenere damna praefata
Terrestria simplici taxata more inscriptionis huic satisfacere ac omne iudicatum pati
debebit ac tenebitur seque ac suos successores ad eadem omnia obligat eundem
terminum primum peremptorium et ad omnes consequentes causae eiusque terminos semper
peremptorios non [?] praemature minorennitate successorum legere mittere
vel extra Regnum servitio militari ad munimenta ad Exercitum vel alibi
vel extra Regnum servitio militari ad munimenta ad Exercitum vel alibi
quibusuis dillationibus et legalibus impedimentis non differendo ad quic-
tationem ultra proximos terminos officij praefati Castrensis Capitanealis Premi-
sliensis dictionem sibi non servituris nullasque motores appellationes accensum prose-
cutiones faciendo ac praemissa omnia praemissis simplicibusque vel intricatis evasionis suspen-
sionibus fatalibus iuris proscriptione Terrestri belli Convocationes et alijs omnibus
iuris remedijs et defensis non subterfugiendo. Hac sua praesenti inscriptio-
ne ad praemissa omnia mediante.

Actum in Castro

Actum in Castro Premisliensi Feria secunda post Dominicam Exaudi proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo vigesimo Nono

1629

2815

Skrzydlowski Boguskie Cedit

Ex Actis

Comparens personaliter Coram officio Actisque praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premisliensibus Generosus
Adamus Skrzydlowski Generosi olim Josephi Skrzydlowski filius sanus mente et
corpore existens a Terrestribus districtibus iuribus iurisdictionibus suis quibusuis proprijs
et competentibus recedens huic autem iurisdictioni Castrensi Premisliensi quoad actum
praesentem attinet se cum successoribus bonisque suis quibusuis omnibus totaliter et plenarie
incorporans et subijciens palam libere publice ac per expressum recognouit. Quia ipse
de omni et integro iure suo vallet de intercisa certi inter Generosos olim Joannem Du-
nikowski Subiudicem Terrae Premisliensis et Helizabetham de Siecin coniuges
ab una et praefatum Generosum olim Josephum Skrzydlowski ex altera partibus celebra-
tione arendae bonorum villae Matkowice et certarum rerum et conditionum in eadem
intercisa contentarum confecta manibusque eorundem contrahentium subscripta vadio quinque mil-
lium et Ducentorum florenorum polonicalium firmata et Actis Terrestribus Premisliensibus roborata
necnon de eadem inscriptione roborata Terrestri Premisliensi latius de praemissis in
se obloquentis Cum omnibus eiusque intercisae et inscriptionis ipsius roboratae conditionibus pun-
ctis clausulis [?] et rebus omnibus universis ibidem ap-
positis tum lucris solucionibus vadijs Implicatis ac toto processu iudiciario per se recognoscendo
super Generoso Martino Dunikowski eiusque Generosi Joannis Dunikowski Sub-
iudicis Terrestris Premisliensis filio ex Generosa olim Helizabeth de Siecin progeni-
to uti successore eorundem parentum ipsius ad easque intercisam conditiones ipsius certam
rationem non persolutionis summae quadringentorum florenorum polonicalium respectu casus fortuiti
et damni ex incursione maxima segetum in bonis ijsdem Matkowice arendatis
per olim patrem regentis perpessi per amicos taxata obtento in quouis punctu et
gradu iuris dependente Cum omni praemissorum iure dominio et proprietate ac quauis

[illegible]
universis redditibus emolumentis obventionibus attinentiis et pertinentiis ad natura-
universis nihil ex praemissis iuris dominii et proprietatis ac cuiusvis competentis et pro-
rogantis pro se ac suis successoribus aut alio quoquam [illegible] reservando seu excipiendo
verum [illegible]
bant, Jam ex nunc Generoso Stanislao Boguski et ipsius successoribus cessit et conde-
scendit prout praesentibus cedit et condescendit omneque et integrum ius suum praemissorum
omnium et singulorum in personam eius Generosi cessionarii suique eius succes-
sorum totaliter et plenarie transfudit transtulit et incorporavit prout praesens transfun-
dit transfert et incorporat perpetuo. Per ipsum cessionarium suum eiusque succes-
sores hoc eidem iure cessum praemissaque omnia et singula praesens perresignantem
abscessa tenendi habendi possidendi illisque pacifice et quiete utifruendi
ac ad usus suos suorumque successorum quosvis beneplacitos libere convertendi perpetuis
temporibus, sed vigore inscriptionis originalis ea omnia latius in se complectentis
et praesenti inscriptioni cessionariae et condescensionis. Insuper praenominatus resignans Generosus
Adamus Skrzydlowski praefato Generoso Stanislao Boguski cessionario suo eiusque
posteris dat et concedit plenariam facultatem et omnimodam potestatem inscriptionem
praesentem cessionariam ex his actis Castrensibus autentice depromptam ad Acta Terre-
stria Premisliensia quandocumque voluerint transferendi et transportandi quae transporta-
ta tanti valebit acsi per ipsummet resignantem transportaretur.

Gaszynski Siecinskiemu Roborat

Comparens personaliter coram officio actisque praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premisliensibus Generosus
Joannes Gaszynski sanus mente et corpore existens a Terrestribus districtualibus iuribus
iurisdictionibusque suis quibuslibet propriis et competentibus recedens huicque autem iuris-
dictioni Castrensi Premisliensi quoad actum praesentem attinet se cum successoribus bonisque
suis quibusvis omnibus totaliter et plenarie incorporans et subiiciens palam libere publi-
ce ac expresse recognovit. Quia ipse se ac suos successores in et super bonis suis
quibusvis omnibus et summis pecuniariis habitis et habendis Generoso Stanislao Siecin-
ski et ipsius posteris inscribit et obligat recognitionem certam manualem per resignantem

eidem

eidem ratione certarum rerum et conditionum in eadem recognitione contentarum de fa-
cto et data hic Premisliae die hodierna actis praesentibus anno praesenti da-
tam manu sua propria subscriptam in omnibus et singulis eiusdem recogni-
tionis conditionibus punctis clausulis articulis vadiis ligaminibusque et nexibus
quibusvis universis eidem recognitioni appositis firmiter tam in toto quam in parte tene-
re complere exequi ac inviolabiliter observare eidemque recognitioni et illius contentis
toties quoties opus fuerit satisfacere praefatam recognitionem ad inscriptionem
praesentem et inscriptionem praesentem ad praedictam recognitionem vicissim in toto referens
seque sub vadio Quingentorum florenorum pecuniae polonicalis per eundem resignantem Generosum
[illegible] praefato Generoso Stanislao Siecinski
et ipsius posteris ob non completionem praemissorum omnium et singulorum tam in to-
to quam in parte quoties opus fuerit ad soluendumque succumbenda. Praeterea
memoratus resignans Generosus Joannes Gaszynski se suosque successores in et super
bonis suis quibusvis omnibus et summis pecuniariis habitis et habendis eidem
Generoso Stanislao Siecinski et ipsius posteris inscribit et obligat praesentem in-
scriptionem praesentem roborationem ex his actis Castrensibus autentice depromptam ad
acta Terrestria Premisliensia ante decursum unius anni transferre et transportare
sub simili et speciali vadio quingentorum florenorum pecuniae polonicalis per praefatum resignantem
Generosum Joannem Gaszynski sive ipsius successores praefato Generoso Siecinski vel ipsius posteris
ob non transportationem inscriptionis praesentis pro tempore et loco supraexpressis ad soluen-
dum succumbendo. Pro quibus quidem vadio vel vadiis modo praemisso ad sol-
vendumque succumbendis ac pro re aliqua praemissorum ex praemissis non completa complendaque
praemissis citatus existens memoratus resignans Generosus Joannes Gaszynski aut eius successores ad
instantiam praefati Generosi Stanislai Siecinski aut ipsius posterorum ad Officium praesens Ca-
strense Capitaneale Premisliense exhinc recessu supra scripto quoad rem dum spectat
mediante semper in primo citationis termino tanquam peremptorio stare iuri parere
[illegible] vadia praetacta luere inscriptioni huic satisfacere ac omne iudicatum pati
debebit ac tenebitur seque ac suos successores ad eadem omnia obligat eumque termino